





1725.

1. Waldecker, Dr. Wilhelm: De pactis generalibus et particularibus.
2. Walparr, Christoph Trach: De facta mortis homo duplo, siveque occasione de pulmonibus aquarum injectorum et et submersione

1726.

1. Paus, Johann Georgius: De jure et clavis Imperii Romanorum - Germanicorum et Hispanorum ius et tribunalia.
2. Gundel, Simon Huygen: De ammissione et recte. patine etctorum
3. Lauterbach, Ludov. Ernest: De iis, qui renunciantur. nec tam in iure suo se privant. 2 Sept. 1726 - 1750.
4. Waldecker, Johann Wilhelm: De jure imperii et particularis reproductarios, homagium et prius denegantes. 2 Sept. 1726 - 1750
5. Wloemeyer, Stephanus Sigismundus: De validitate instrumento facta fori renuntiatione

1724.

1. Flamm, Jakobus, Tamit : De recusatione judicis suspecti in genere, et in specie de illius ta recusatione supremorum sac. Rom. Imperii Instrumentum.
2. Huguenot, Math. Alhard : De legibus in genere et in specie, de legibus civilibus positivis, prae primis ratione S. T. R. G. statutis
3. Frey, Arnold : De advocate fisci ejusque officio.
4. Thilen, Joh. Gerhard : De crimine falsi.
5. Wachter, Joh. Christian : De arresto reali.
6. Woelfart, Joh. Ernest. : De decimis novavaliam.
7. Waeffers, Christianus : Phaenomenon singulare de malo ponispera algae floribus et rationes physices revocationis.

1728

1. Raadt, Ignatius : De mentalitate occidione I. p. n. als. C. de procuratoribus.

1728.

2. Scheel, Mart. Hieron.: Reportatio Statutariorum  
Hamburgensium

1729.

1. Waldeckerus H., W. Chelius: De differentiis munici-  
cipiorum Rom. urbium mediterranearum. 2 Sept. 1729  
et 1749.

1730.

2. Adams, Jacobus: De feris diuinis et. Miseris  
effectibus.

2. Trillius, Johannes Jacobus: Regiae autoris praedicti  
expellendi ejus conditio: trum.

3. Hofmannus, Haue, Andreas: De immunitatisibus  
castrensisibus alisque otheratisibus principiis  
in Hispania.

4. Tilenianus, Ulrich Schenck, Frh.: Historia Augus-  
tanae antequiriis, Perso E Imperatori et im-  
perii statibus Augustae Vindelicorum a. 1538  
die 25 Jun. vllatae, cuius... memoriam ex angelis  
hoc anno... inter se celebrare F.

1730

5 Wolpert, Joannes Kuricen: De eo, quod in Germania  
justum est, circa tamum primam in aliis territoriis  
acquisitum

nana  
Toto



Pra. 21. num. 30.

4

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA INAVGVRALIS,

DE

# AMISS<sup>I</sup>ON E ET 1726, 2. REDINTEGRATIONE ACTORVM.

QVAM  
DEO T. O. M. PRAESIDE  
EX

AVTORITATE ET DECRETO  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ILLVSTRI ACADEMIA MARBVRGensi.

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE OBTINENDI,  
PVBLICO ET SOLENNI ACADEMIAE PRO-  
CERVM EXAMINI  
AD DIEM XIV. IVNII MDCCXXVI.

SVBMITTET

SIMON HENRICVS GONDELA,  
DETMOULDIA WESTPHALVS.

MARBVRGI CATTORVM,  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. TYPOGR.



MISSIONE  
RHINOCEROS  
TORTOISE

DEO T. O. IN PRAESIDE

IN HABITAT APOSTOLATI DECRETO  
MAGNIFICENTIA MULYUM OGENIS

IN HABITAT ACADEMIA MARIBURGENSIS

AD FUGAM

IN VACUUM AVICULTA MONSIES  
TERRAM

PERIT COTITIUS  
PUBLIO ET SOLITUM INSCHEMIS ERE

CANON ETATU

AD DILEXIT IN TERRA MEDOCXXI

SIMON HENRICAS GONDITA  
DETOMISIA WETTERLA

TRINITATIS GIGANTILLI VOL. I



I. N. D. N. J. C.

SECTIO PRIMA.

Generalia tractans.

§. I.


Um pro exiguis ingenii facultatibus,  
juvante Jehova, specimen aliquod,  
ad effectum obtinendi summos in  
utroque jure honores, conscribere,  
deindeque publice defendere penes  
me constituerim, post deliberatio-  
nes alias tandem materiam de a-  
missione & redintegratione actorum  
elegi. Ante omnia quidem nunc inspiciendum esset (1) quid denotet & unde derivetur vocabulum *acta* (2) quo-  
tupli sensu illud accipitur in foro (3) quid significant  
verba admittere & redintegrare. Quoniam vero prius  
à Vossio in *lexic. etymolog.* verbo ago. MARTIN, in *lexic.*  
*philolog.* hoc vocab. nec non CALVIN, in *lexic.* voce a-  
ctum, & secundum à BLVM, in *process. Cam. tit. 63.* item  
JOH, GUILIELM. WVN SCHIO in *tract.* de *Actis judicialibus*

A

cap. 2.

cap. 2. præoccupatum, denique significaciones verborum amittere & redintegrale haud obscuræ sed noto notiores sunt, brevitatis studio longiore eorum evolutione superfedeo, hoc solum monens, aliam esse Ammissionem, qua Acta planè intereunt & in rerum natura esse desinunt, e. g. per incendium; Aliam, qua quidem non intereunt, sed tamen potestati nostræ & usui erecta sunt, v. gr. per hostium invasiones, furtæ, amotiones vel interceptiones & similes casus; Aliam itidem eam, qua quidem extra usum nostrum, non tamen potestatem absolute & simpliciter constituta sunt, quando nimurum per incuriam non suo loco, sed incerto, alieno, & non competenti deposita sunt, ita ut cum vel maxime iis indigemus, reperire tamen illa non possimus. Duos tantum priores significatus meos facio. Ab hac Ammissione differt Actorum alteratio, Corruptio & Falsificatio, dum vel genuinæ alicui parti spuria supponeretur, vel genuinæ etiam scripturæ, mutando, delendo, addendo, quædam alteratio contingere. Qua ratione veram ac genuinam faciem, integritatem ac candorem Actorum amitti, disperdi ac pessimum datur, dicere quis posset. Addo, Acta dividii in *Judicialia*, quæ à litigantibus in judicio, eo fine, ut fiant pars actorum, exhibita sunt, & *privata* seu manualia, quæ litigantes vel eorum Advocati aut Procuratores penes se retinent & consistunt quandoque in ipsis Originalibus seu Authentieis Documentorum (Copiis videlicet tantum eorum vidimatis in judicio exhibitis) quandoque in eorum Exemplis, præterea in Suppliciis, Libellorum &c. Prototypis, vulgo concepte appellatis. Primum Actorum genus Dissertatio hæc potissimum respicit, Nec etiam silentio præterire possum,

Partes



Partes totum A<sup>c</sup>torum complexum constituentes non  
unius ejusdemque considerationis ac momenti, sed vel  
principaliores vel minus principales esse. Per illas intel-  
ligo scripturas, qua merita causæ (& si causa appellatio-  
nis sit, etiam Formalia ac solennia ejus) attingunt atque  
concernunt, de essentia A<sup>c</sup>torum ac ita comparata sunt,  
ut salvis partis litigantium alterutrius juribus abesse non  
possint, v. gr. Libellus, Exceptiones, Replicæ, Duplicæ,  
Instrumenta, Testium attestations & similia. Minus  
principalium nomine mihi veniunt ea partium exhibita  
aut producta, qua ad victoriam causæ nihil faciunt, &  
illælis partis alterutrius juribus abesse possunt, e. gr. sup-  
plicationes pro communicatione alicuius Scripti aut Dö-  
cumenti, pro prorogatione Terminii &c. præsertim ubi  
de veritate exhibitionis eorum ex protocollo vel Regestro  
Exhibitaturum Supplicationum constaret. In Lectoria  
Augustæ Camerae Imperialis totus A<sup>c</sup>torum judicialium  
Falsiculus vocatur der Stock.

§. II.

Subiectum Thematis mei constituant, Acta, & præ-  
dicatur de iis quod amittantur & quod amissa sint redin-  
tegranda. Hinc duæ tractationis exsurgunt partes, quā-  
rum prima de Ammissione, altera de Redintegratione A-  
ctorum sermonem facturus sum.

A a

SECTIO

4

SECTIO SECUNDA;

DE

Amissione Actorum.

§. I.

Quod hanc primo statim fronte occurrit, Acta non uno modo amitti. Amittuntur enim (1) *casu fortuito* aut vi majore, cui resisti nequit, v.gr. per incendiū, hostis, bellicque calamitates, quas Camera Imperialis Spire anno 1683. & respectivè 1688. experta est, vid.hac de te conquerentem DECKH, in monument. *Lez. Cam. antiq.* ad Koch. O.C.P. 2. tit. 34. item in *Vindic. BlvM.* t. 4. n. 15. *in fin.* & *in relez. cit. loc. vel (2) culpa hominis*, & tunc iterum contingere potest Amissio vel talis personæ culpa, quæ in judicio causarum Decisioni operam navat aut Decretis expediendis, Actis custodiendis complendive ministerium suum præbet, v.gr. Secretarii, Actuarii &c. vel culpa (rectius dixeris malitia) patrum litigantium, aut eorum qui ipsis in causis instruendis præsto sunt, quando quis illorum Actis judicialibus rapaces manus inferret.

§. II.

Primus mihi est casus fortuitus, humano consilio non avertendus, quando nimirum Acta incendio consumta, vel per hostes è medio sublata sunt. Hoc posteriori infortunio maestatum fuit summum & omnibus modis reverendum Camerae Imperialis Tribunal, cùm perfidi ac crudeles Galli omnia sacra proculeantes nec rebus religiosis parcentes, anno ære christianæ 1688. quasi vero ipsa sacro sancta Themidi infensi essent, eique bellum inferre

ferre parassent, Aram ejus quam in Germania habet & supremam æqui bonique officinam (in cujus incolumitate salus totius Patriæ sita est, vid. MINDAN. *de process. in dedicatoria Epistola §. Et hæc &c.* PETR. HEIG. *Part. I. qu. o. n. 8.*) disturbarunt ac non solum urbem Spitensem, in qua tunc sedem suam habuit Tribunal, occuparunt, sed etiam, quod creditu difficile, Acta Cameralia Spira Argentoratum abduxerunt. Magna per hoc facinus cursui justitiae remora injecta, innumeræ hinc lachrymæ, lamentationes & damna. Accidit tamen, ut nonnulla Acta faucibus hostium eriperentur & bona eorum pars non à Lectoribus, quibus cura custodiendorum Actorum incumbit, sed ab aliis personis, Spira Francofurtum, Wetzlariam & aliorum translatâ fuerit. Cùm igitur jussu Sacræ Cæs. Majestatis Tribunal ejus Supremum Wetzlaria denuò quoad negotia judicialia aperiti deberet, & huic rei dies (15.) 25. May 1693, dictus esset, Celsissimum Cameræ Collegium incommodis ex ablatione actorum hostili oriundis remederi ac disputationibus super defectibus vel illegalitate Actorum metuendis occurrere voluit per Decretum commune, eodem redapertura die publicatum, ac modum redintegrandi Acta præscribens, quod ipsum, præsertim cùm usus ejus adhuc sit valdè frequens ansam huic dissertationi præbuit, & Sectionis sequentis Tertiæ utramque complebit paginam.

S. III.

Pergo ad alterum modum amissionis Actorum, quando Acta culpa hominis v. gr. Secretarii, Actuarii, vel etiam calliditate ipsatum partium amittuntur vel alterantur. A Personis judicii hoc fit (1) vel omittendo in con-

scribendo ea, quæ à partibus prolata, & ad causam faciunt (2) vel committendo, quando de suo quid addunt, quod à partibus nec dictum nec prolatum est, vel alias delendo, cancellando ea quæ alteri partium com- vel incommodum adferre possunt, & utroque casu judex ratione poenæ animadvertere debet, an delinquens in dolo sit, vel ex negligencia, aut imprudentia tale quid commiserit. Si prius, non est quid dubitemus, talem personam, non minus poenam falsi, quam perjurii, dum juramento praestito contravenit, incurtere, quas poenas concomitari vel insequi solet suspensio vel remotio ab officio; si vero ex negligencia, vel potius ignorantia tale quid o- vel commissum, poenæ quidem ordinariæ locus non est, non autem eō ipsō à poena extraordinaria immunis, sed pro qualitate delicti & arbitrio judicis, suspensione ab officio temporali, vel multa quadam alia plectendus est, partique ad interesse tenetur. GAIL, I. O. 134. n. 14. ubi n. 15. addit: in Camera hujusmodi negligentiam arbitratia poena coerceri, allegans præjudicium in causa Michaelis Rosenberger contra Laurentium Roslern, Judicem à quo in duas marcas auri condemnatum fuisse. Hinc PHILIP. ad decif. nov. Elecȝ. Sax. 38. obs. 2. n. 21. consilium hoc dat iis, qui in judicio à manibus sunt, ut ad amovendam omnem falsitatis suspicionem, omnia in præsentia Judicis vel Assessorum annotent, fideliter registrant, & ad acta redigant: Quid vero obtineat, si talis falsarius sit consors litis? infra videbimus.

#### §. IV.

Non nunquam etiam Actuarius ad protelandam causæ decisionem Acta occultat, vel fraudulenter contrectat.

trebat. Hoc si lucer causa & ut pecuniam exinde redigat, fecerit, furti; Sin veritatis celandæ causa, falsi reus est, & hujus delicti convictus, tam ad restitutionem actorum compellitur, quam in poenam delicto conformem merito condemnatur. Quod si de delinquente non constet, iudex illi, contra quem indicia non elisibilia suppetunt, Juramentum deferre potest. LYNCK. de gravam extrajud. p. 651. n. 4. ubi formulam istiusmodi juramenti suppeditat.

## §. V.

Hæc de personis judicij, præcipue Ministratorij; Cum vero interdum eveniat, ut altera partium, quæ cauſe suæ non fidet, ipsa, acta amoveat vel adulteret, ne iudex sententiam, minimum contra se, ferre possit; ordo nos deducit ad id ut paucis adhuc videamus, quo modo contra istam procedendum, & quâ poenâ afficenda sit? Quæ quæſtio in I. in fraudem. 45. §. quoties. n. de jure ſifici decifa, ubi statuitur, talem falsarium cauſa cadere debet, HIPPOL. de Marſl. ad rubr. C. de probat. n. 186. p. m. 72. Ratio est, quia præsumitur fovere injuriam cauſam; si enim cauſe suæ fideret, non falsificasset acta, OLDENDORP. claff. 1. att. 3. quam poenam in tabulis actionum pag. m. 1099, in fine quoque irrogat occultantibus; Notanter autem dixi: Acta adulteret, nam instrumenta falsans vel testes corrumpens cauſa non cadit, sed aliter puniendus. vid. GAIL. 1. O. 134. n. ult. ibique leges cit. confer. BLVM. Sent. Cam. in mantif. n. 94. ubi præjudicium habet.

## SECTIO

## SECTIO TERTIA;

DE

## Redintegratione Actorum.

§. I.

**R**ecensitis hactenus modis quibus acta amitti possunt, ad partem dissertationis meæ posteriorem progredi. or, monstratus viam, qua partibus, suberto casu mere fortuito, subveniendum, processusque formandus sit, siquidem decisio causæ justa absque integris actis à judice tanto minus exspectanda erit, quò magis ea dicuntur esse vehiculum ad sententiam KLOCK Relat. Cam. 4. n. 94. MEV. P. 5. D. 331. n. 5. & judex ad ea, sicut Sacerdos ad biblia, est alligatus, nec extra ea sapere debet.

§. II.

Si contigerit acta ita casu vel vi majore, cui resisti non potest, amissa esse, prius attendendum, utrum ex adverso adhuc procurator in judicio adsit nec ne? Si prius, Procurator Partis redintegrationem Actorum urgenter, in ordine novarum prius ex sua parte acta manuaria, quæ existunt penes se, Principalem suum & Advocatum causæ, producit, insuperque ad præstandum juramentum expurgationis tam in animam propriam, quam Principalis, producendo ad id mandatum speciale, se offert; Hujus juramenti formula in decreto Communi de anno 1693. die 15. May §. 3. sequentem in modum præscripta: daß auf fleißiges Nachsuchen / von solchen actis nichts mehr zu finden gewesen / auch davon nichts verbracht/noch denen gefundenen und jetzt producirens den zugesezt / darinnen corrigirt / oder ausgelassen worden.

worden. Et tandem recessui suo addit, quod à Procuratore partis adversæ percipere velit, num similiter acta penes ipsum, suumve principalem & Advocatum causæ reperienda, mediante dicto juramento expurgationis, edere paratus sit in omnem eventum, ut hoc ipsi per sententiam injungatur, humillime petens. *Sin vero posterius*, citationes ad reassumendum & redintegrandum ante omnia & quidem juxta jam allegatum decreatum Commune §. 5. conjunctim & judicialiter sunt petendæ. Quod tamen cit. loc. limitatur (1) nisi citatio, quæ petitur sit, edictalis, vel (2) ob aliam singularem circumstantiam altioris indaginis, quibus casibus Procuratores sub poena arbitria pro tali citatione extrajudicialiter supplicare & Principalium suorum desideria proponere tenentur. Hisce Citationibus decretis, recteque insinuatis, Procurator Impetrantis in ordine reproductionis eodem modo, quo ratione ordinis novarum, jamjam indigitatum, se gerere debet.

## §. III.

Hisce ex parte Litigantis, cuius processum reassumi & Acta redintegrari inrerescit, ita peractis, procurator partis adversæ vel in eadem vel in proxime sequenti audiencia sub poena arbitria [quo nomine Pedellus exigere solet duos Florenos Camerale, sive 40. bac. BLUM. tit. X. n. 77.] in Puncto redintegrationis respondere, & similimodo, quo pars Impetrans, acta quæ penes se, Principaleme suum & Advocatum causæ reperire licuit, ex sua parte producere, & ad Juramentum expurgationis se offerre, vel saltē brevem terminum ad id faciendum colligere, i. e. petere, tenetur.

B

§. IV.

## ſ. IV.

Acta jam à partibus utrinque producta & in lectoria registrata Procuratores accuratè perlustrare, & utrum adhuc manca sint nec ne, attendere, detectoque aliquo defectu actorum à neutra partium resarcendo, eum per recessum judicialiter indicare, desuperque decisionem judicis exspectare debent; Sin verò pro integris à partibus agnoscantur, necesse est, ut submissions priores repeatant, vel id quod decet agere, maturè agant.

## ſ. V.

Quoniam autem evenire potest, nec hoc modo acta vel in totum vel saltem quoad partes eorum principales ac essentiales redintegrari posse, hinc in sàpe alleg. decret. Comm. ſ. 3. litigantibus potissimum duobus modis prospectum est, dum ipsis permittitur (1) mancas Actorum partes de novo concipere & producere, contra quas Adversarius intra terminum legalem (qui à die productionis currere incipit) iterum agere & quæ è re sua ac dictu opus sunt, in medium afferre potest, vel (2) consideratis circumstantiis, Rescripta processuum priorum extrajudicialiter extrahere, & reproducere atque ita de novo ad submissionem usque causam in Camera instruere ac ventilare.

## ſ. VI.

Hactenus de Actis Cameralibus actum: videamus nunc quo modo Acta prioris instantiæ casu fortuito amissa, in hoc Augusto judicio redintegrari soleant? Et dicendum hoc casu contra judicem à quo de novo compulsoriales ad edendum acta rogari & decerni. BLUM, process.

¶ 11 ¶

process. Cam. tit. 31. n. 16. ibique allegatus RODING. L. 2.  
tit. 13. n. 15. ubi præjudicium habet, ita in Causa Hele.  
næ Olingerin contra FRANCKFURT/ die 10. Junii Anno  
1626. decretum fuisse.

§. VII.

Compulsorialibus ita emanatis & rite insinuat, a  
Etisque à Judice à quo transmissis, partes petunt eorum  
inspectionem, quæ ipsis secundum Recess. Imperii no  
viss. Anni scil. 1654. I. wolte Er aber x. 65. conceden  
da, & si defectuosa, vel aliâs quædam monenda repe  
riantur, per recessum hoc ad protocollum indicatur, de  
fectusque non solum in judicio specialiter designandus,  
sed etiam ab allegante est probandus. BLVM. Sent. Cam.  
55. 201. 320. & 451. GAIL. I. Obs. 134. n. 14. in fin. ubi n.  
16. rationem subjungit, nimirum, quia Judex præsum  
tionem legalitatis & integratatis pro se habet, donec con  
trarium probetur.

§. VIII.

Si vero pars aliquem defectum alleget non tamen  
probet, & judex appellationis ipse de integritate actorum  
dubitetur, tunc creditur juramento judicis inferioris. GAIL.  
I. O. 134. n. 17. ubi refert, quod præstato juramento, pro  
nunciatum: daß Er auf erstatteten Eyd ferner acts zu  
ediren nicht schuldig. Perillustr. Dominus Assessor DE  
LVDOLPH. in collect. Sentent. Cam. num. 261. LYNCK. de  
gravam. Extrajud. c. 7. p. 2. §. 26. n. 4. C<sup>o</sup> 5.

Quid vero statuendum, si allegetur, acta prioris instantia non amplius in rerum natura esse, sed fortasse combusta, vel alias in totum amissa? Rz. Hoc casu conquerentibus non statim credendum, sed alleganti per sententiam solet injungi, ut prius assertum suum probet, quia amissio, ceu res facti, non presumitur l. 6. §. pen. π. de edendo, nec id quod semel apud aliquem exstitit, censetur perditum esse, nisi legitime probetur amissio. l. 16. C. de probat. prout etiam anno 1677. die 28. Ibris, teste RODINGIO L. 1. tit. 25. n. 24., factum, sequentibus verbis: In Sachen F. B. von G. wider sämtliche B. Erben/ appellationis, ist der Bescheid/ würde Lic. A. sein Vorgeben/dass die acta prioris instantia verbrandt und verdorben seind/ glaublich beschienen/ wozu ihme Zeit 2. Monath ic. Daz solches gehöret werden/ und dar auf serner ergehen solle/ was recht ist. Et si pars huic sententiae causfecerit, ne ipsi defectus actorum in postrem documento sit, damnumque irreparabile inferat, nihil aliud superest, quam ut causa pro conclusa acceptetur, & acta, reservatis probatoriis, à judice appellationis cassentur, atque ex integro agatur. BELITZ in process. Cam. tab. 7. Q. 4, injungendo per interlocutoriam illi, qui in prima Instantia Actorem egit, ut de novo actionem suam instituat, MYNSING, O. II. cent. I. GAIL I. O. 134. n. 21, quibus adstipulatur LYNCKER de grav. extra-jud. c. 7. n. 2. p. m. 650. Simpliciter hunc modum non approbante MEYIO P. 2. D. 69, qui cit. loc. aliud remedium minus sumptuosum, cum minori temporis jactura conjunctum & sane optimum suggerit, dicendo: Actis amisis non statim properandum esse ad causam de novo agen-

agendam, sed prius citandos, utramque partem, ejus  
advocatos & Procuratores, aliosque penes quos ex actis  
quædam esse verosimile est, jubendosque hæc exhibere,  
demum iis inspectis, collatis & congregatis, redintegratio-  
nem tentandam esse. Huc usque Mevius. Nec un-  
quam frustra hoc modo tentaretur redintegratio, si quod  
dispositum in Rec. Imp. de anno 1654. §. 65. in verbis: Es  
soll auch ein jede Parthey oder deren Advocaten und  
Procuratoren in ersterer instanz alle die gerichtlich ein-  
kommende Acta per copias fleißig bey sich aufzuhalten /  
damit Sie sich deren auf begebenden Fall zu ihrer  
Nothdurfft bedienen können / probe semper observa-  
retur, & utraque pars bona fide, ea que penes se repe-  
riuntur, exhibere vellet. Conf. Consultiss D.D. ZAVNSCHLIF-  
FER de offic. Jud. supplet. P. 2. conclus. 15. §. 4. n. 9 Bl. V.  
Sent. Cum. 844. Coeterum extra dubitationis aleam posi-  
tum est, quod probato interitu sive amissione actorum,  
propterea causa non sit desperita, non enim veritas in-  
teritu actorum convelli debet. *I. emancipat. C. de fide In-  
strum.*

## §. X.

Hæc de redintegratione actorum in excidio Gallorum  
Spirensi hostiliter ablatorum, ac Argentoratum transla-  
torum dixisse sufficiat. Cum vero, quemadmodum su-  
pra Sect. 2. §. 2. memini, in excidio Spirensi nonnulla  
acta à personis, ad id specialiter non delegatis, Franco-  
furtum & ad alia loca translata, ne partes deinde acta il-  
legalitatis arguerent, neaque in dubium vocarent, idèo  
*in sepe dicto Decret. Comm. de Anno 1693. §. 2. ulte-*  
*rius provisum, & procuratoribus injunctum est, ut acta*

B 3

hoc

hoc modo direptioni ac incendio hostili erepta judicialiter pro integris legalibusque agnoscant, & antequam hoc factum, vel alias de integritate eorum constet, in causa non pronunciatur, cum mutila acta mutila soleant dare consilia & decreta, STYPMAN de referend. c. 5. n. 22, seqq. Ne vero una vel altera pars ita moram nerat, decisionemque causae protrahat, in d. decree. Comm. cit. loc. & hoc sub junctum, ut ille, qui decisionem causa expedit, sequentem recessum in ordine novarum habeat: In Sachen N. N. repetire Krafft apud acta vormahls übergebenen oder jetzt übergeben den Gewaltes/ diesseits am N. N. Tag N. N. Jahrs beschworene Submission, weiss gegen die legalität und integrität deren von Speyer anhero salvitren aeten nichts einzurwenden/ und will von Gegen-Anwälten Doctorn oder Procuratorn N. N. gleichmässige Erklärung erwarten: in Entstehung aber bitte ihn dazu gnädigst anzuhalten &c. Ad quem recessum Procurator partis adversæ simili fere modo, prout supra §. 3. dictum & uti alias in recognitionibus moris est, in eadem vel proximè sequenti Audientia, si poenam evitare cupit, respondere tenetur.

## §. XI.

Cum etiam nonnunquam acta sigillo Judicis inferioris obsignata à parte propria autoritate resignentur, queritur, quid hoc existente casu statuendum? Et ante alleg. HIPPOL. de Marsil. loc. cit. n. 188. quidem putat, eam tunc causa cadere. Verum aliquid nimii continere videtur hæc opinio, & si calculum meum adjicere liceret, mihi potius dicendum videretur, ad Judicis officium spectare

Stare, ut ante omnia animadverrat, an acta dolose sint  
resignata & falsificata, vel an potius ex imprudentia &  
curiositatis gratia quidem aperta, non vero manca redi-  
tia? priori casu non valde refragarer d. HIPPOL. de Mar-  
fil. loc. cit. posteriore vero casu, non possim quin ab eo  
dissentiam, sicuti etiam referente RODINGIO L. I. tit. 25.  
n. 31, ita die 7. Julii 1685. in Camera pronunciatum fuit:  
Dann ist in puncto actorum der Bescheid / würde ap-  
pellantur durch sich oder ihren dazu gebollnächtigten  
Anwalt einen Eyd zu Gott und auf das Heil. Evan-  
gelium schwören / daß Sie die verschlossene acta aus  
Unverständ / und nicht zu einiger Gefährlichkeit / er-  
öffnet habe / daß alsdann Dr. N. N. dieselbe zu reco-  
gnoscieren oder diffieren schuldig seyn / auch auf ferner  
anrufen der publication und communication halber  
ergehen solle was recht ist. Ex qua sententia tatis su-  
perque patet, opinionem d. HIPPOL. de Marfil. non ita  
crudè, sed cum distinctione allegata, intelligendam esse,  
quamquam non diffitear, talem nimis curiosum Dissigil-  
latorem ab omni poena minimè liberum, sed potius pro  
arbitrio judicis plectendum esse. HÖRNIG de jure pajor.  
theorem. 28. lit. z. p. m. 210.

## §. XII.

Tandem lubet hic addere aliam, ab hoc loco non  
alienam quæstionem: Actis amissis de novo ea conscribun-  
tur, postquam conscripta sunt, prima acta, putative de-  
perdita, iterum reperiuntur, queritur tunc, quibus fides  
habenda, primis vel secundis actis, & secundum quænam  
sententia ferenda sit? Hanc quæstionem adhibita distin-  
ctione sequentem in modum resolvendam esse puto: Aut  
enim

enim super secundo processu, nondum repertis actis pri-  
mi processus, sententia jam lata, vel non: priori casu  
secundis, posteriori casu primis actis credendum, & su-  
per iis sententiam ferendam esse.

## §. XIII.

Eiusdem farinæ est hæc: Nimirum si, submissione  
in causa factâ & sententia definitiva jam latâ, acta prioris  
instantiæ deinde reperiantur manca, quæritur, an non  
succumbenti ex capite mancorum actorum contra tales  
sententiam comperat beneficium restitutionis in integrum?  
Et Mev. P. 4. D. 191. statuit quod non, sequenti potis-  
simùm ratione subnixus, non opponentem opponenda  
suo loco & tempore, negligentiam commissam & nimis  
seram allegationem sibi ipsimet imputare, nec per ejus in-  
certiam alterius jus corrumpi debere. Cui Decisioni,  
præsupposito eo, quod partes, vel eorum Procuratores  
in Judicio prioris instantiæ, ante editionem Actorum, ad  
videndum inrotulari ea, citati fuerint & neque tunc ne-  
que in appellatorio, beneficio §. 65. R. I. N. quo parti-  
bus litigantibus & eorum Procuratoribus facultas inspi-  
ciendi Acta priora eaque examinandi omnino conceditur,  
usi fuerint, nihil habeo quod opponam. Longè diversa  
rei ratio esset, si e. gr. in Camera Imperiali sententia de-  
finitiva, pura desertoria ad protocol'um mancum & in-  
completum (cujus complendi cura ad Lectores & com-  
pleteores pertinet) fortè fortuitò lata esset: Nam tunc sen-  
tentia lata, decenter indicato defecta, si quis sit,  
essentiali, retractatur, denegato partibus ejus exemplo,  
prout nuperime sc. die 16 Januar. 1726. factum, senten-  
tia sequentis tenoris: In Sachen K. Erben appellantem  
wieder

wieder D. appellaten / so dann Bürgermeister und  
Rath der Stadt N. intervenienten / in puncto Solenni-  
um, ist die durch Dr. H. gebettene Verabfolgung der am  
17ten Julii jüngst entwichenen Jahrs publicirten Urz-  
theil hiemit abgeschlagen / sondern diese Urtheil als auf  
irrige complitung des judicial protocolli gegründet /  
hiemit ex officio aufgehoben. Dann solle Dr. H. sein  
extrajudicial exhibitum vom 16ten Julii 1725. in dieser v/  
der nechst folgender audienz judicialiter produciren / und  
wird Lt. D. umb hierüber sich zu erklären / auch in pun-  
cto solennium zu submittiren eine 6wochige Frist pro  
omni termino & sub præjudicio hiemit angesezt.

## S. XIV.

Atque hæc sunt B. L., quæ occasione Decreti  
Communis de anno 1693. festinanti calamo chartæ ty-  
pisque committere volui. Si forte non omnia exspecta-  
tioni Tuæ respondeant vel ad Palatum Tuum sint, non  
nulla quoque quæ ad rhombum facerent, omissa vide-  
antur (de quo nullus dubito) obnixè Te oro rogoque,  
ut scutis lapsus sum , errorem meum corrigerem & quod  
deest de Tuò supplere velis , à matuoriæ atate  
maturiores labores exspectans.

F I N I S,

Corol-

42 18

## COROLLARIA.

I.

*T*utor ob dolum remotus non culpam latam fit  
infamis.

II.

*Suspendii pena justa est in Crimine furti.*

III.

*Usura legitima secundum Fas Divinum o-  
mnino sunt licita.*

IV.

*Pater etiam Filio ex heredato tutorem dare  
potest.*



Corollaria

Marburg, Diss., 1725-30

f

ULB Halle  
004 165 535

3



5b.



Pra. 21. num. 30.

4

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

DISSE<sup>TTATI</sup>O IVRIDICA IN AVGVRALIS,  
DE AMMISSIONE  
ET  
REDINTEGRATIONE  
ACTORVM.  
*QVAM*  
DEO T. O. M. PRAESIDE  
EX  
AVTORITATE ET DECRETO  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS  
IN ILLVSTRI ACADEMIA MARBVRGENSI,  
*PRO LICENTIA*  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA  
RITE OBTINENDI,  
*PUBLICO ET SOLENNI ACADEMIAE PRO-*  
*CERVM EXAMINI*  
AD DIEM XIV. IVNII MDCCXXVI.  
*SVBMITTET*  
SIMON HENRICVS GONDELA,  
DETMOULDIA WESTPHALVS.

MARBVRGI CATTORVM,  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. TIPOGR.

